



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XXI. Qualiter per scriptionem, pictionem, formationem, accessionem,
confusionem, mixtionem, alluionem dominium acquiras.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Iason. ibi n. 45. Bald. in leg. item lapilli ff. de rerum diuisi. vers. item facio. & alij quos refert. & sequitur Anton. Gomez. leg. 4. 6. Tauri n. 10. Molina. tract. 2. d. sp. 705. n. 9. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 5. centent in flumine publico non nauigabili, neque proxime in nauigabile influente, optime posse in alio illius, vel in ipso flumine molendinum constructi nulla spectata licentia. Vt probat lex 1. ff. de fluminibus & leg. quominus eodem tit. Nam esto flum. nis proprietates Reipublice competat quod non est ita certum, at ipsa Reipublica consentire censetur praedicto officio, eo quod commodum Reipublicae afferre possit, & nemini prauidendum. Quod adeo verum esto ibi molendinum sit edificatum, possit tamen sine supra, sine infra aliud de novo edificare, dummodo aquam priori non detrahas, tamen inde ei lucrum debeat, quia hoc decrementum non tam prouenit ex tuo molendino ibi edificato, quam ex eo quo pauciore quam area ad molendinum concurrant, quod nihil refert, cum Dominus prioris molendini nullum ius habuerit comprehendendi, vt ad sum accedat molendinum. Vt recte considerat Bartol. in dicta leg. quominus ff. de fluminibus q. 11. in fine & ibi Iason. n. 84. Ripa n. 82. Anton. Gomez. Molina, & Layman. locis citatis, & probat lex regia. 18. tit. fin. part. 3.

Ea autem est differentia inter primum constructorem molendini, & secundum, quod prior potest vi aqua prout sibi commodum fuerit sicut antea, qua ex secundo molendino non potuit restringi ius quatuor quod antea habebat. Ad secundum nequit in prauidendum prioris aquam detinere, quia esset prauidendum in iure quatuor alteri. Vt notat Bart. in dicta leg. quominus q. 14. n. 2. Anton. Gomez. leg. 4. 6. Tauri n. 12. vers. ex quibus. Mol. tract. 2. d. sp. 705. n. 4. Cum autem dubium est quod molendinum sit primo edificatum coniecturis agendum est, nec leuis est quae desumitur ex eo quod in superiori parte collocatum sit. Vt recte probat Anton. Gomez, tamen Molina contradiat.

Quod si molendinum edificandum est in flumine nauigabili nequit constructi absque licentia Principis, seu ciuitatis illius superiorum non recognoscens. Vt dicitur expressè leg. 1. de fluminibus, & tradunt relati Doctores. Anton. Gomez. n. 10. & 11. Molina. n. 9. ne nauigatio impediatur, vel deterior reddatur. Et idem est dicendum si flumen sit in territorio quod sit proprium regis, vel ciuitatis quae transit, quia eo casu nequit absque licentia Principis, vel illius ciuitatis edificari. Vt aduertit Anton. Gomez. dicta leg. 4. 6. n. 11. explicans legem regiam. 18. tit. fin. part. 3.

PUNCTVM XXI.

Qualiter per descriptionem, pictionem, formationem, accessionem, confusionem, mixtionem, alluionem dominium acquirat?

1. Scriptura non cedit charta, sed potius charta scriptura. Et idem est de pictura.
2. Si ex aliena materia speciem singula eius erit species cuius est materia si in antiquam reuerti potest.
3. Qui si reuerti nequit.
4. Accessione praedicta non comparatur dominium.
5. Qualiter mixtionis neque confusione dominium comparatur.
6. Qualiter alluione.

Tamen scriptura cedere per se debeat Domino chartae, & membranae cui inscribitur perinde ac adificium Domino soli cedit iuxta leg. quae ratio. §. littera ff. de acquirendo rerum dominio; at tamen cum regulariter scriptura pluris aestimetur quam charta, & membranae apponitur; censendum est chartam, & membranam Domino scripturae cedere, non e contra, quia regula est iure constituta principale trahere ad se quod est minus principale. Hinc discernere potes an pictura tabulae cedat, vel tabula scripturae. Si enim tabula per se spectata pretiosior sit ipsa pictura, tabulae picturae cedit. Si vero sit vilior cedit picturae, constat ex §. si quis in aliena in situ de rerum diuisione & leg. quae ratio. §. sed non ff. de acquirendo rer. domin. Excepit nisi picturam gratia ordinandi tabulam apposeris, nam eo casu tabulae esto vilior picturae cedit. Vt colligitur expressè ex leg. & si non sunt. §. perueniamus ff. de auro, & argento l. quo. At Domino tabulae, & membranae solendum est quidquid sua interet, haec non esse picturae aut scripturae alienae supposita, alioquin membranam, seu tabulam alienam vendicans exceptione doli repellitur. iuxta dicta leg. & si non sunt.

Quoad specificationem, seu formationem attinet, si ex aliena materia speciem singulae quae in antiquam materiam reuerti possit, vel scyphus ex auro, vel argenteo confusus, & eius erit species cuius est materia siue bona, siue mala fide processeris. Tum quia species accessoria est materiae. Tum quia materia vindicari Domino, potest, & consequenter species ei ad iudicari debet compensatione tibi facta, si bona fide processeris, secus si mala, nisi praesente domino egeris. Vt superius diximus de Fer. de Castro, de iust. & iur.

adificio: & habetur d. ca. leg. adeo. §. cum quis ff. de acquirendo rerum dominio.

At si species in antiquam materiam reuerti nequit, vt si ex viuis viuum, ex oliuis oleum, ex lana paruum conficis, refert an bona fide credens tuam esse materiam id feceris, an mala (ciens esse alienam). Si bona fide feceris, tua est species, vt potest quae non accedit alienae materiae, sed alienam materiam in se conuertit. Debes tamen Domino materiae reddere illius aestimationem. Si vero mala fide egeris (vt praedium debet dum non probas contrarium) Domino materiae competit species, vel quia praumeris donasse, vel temere consecisse, ideoque illam vindicare potest. iuxta leg. de eo. §. si quis. ff. ad exhibendum.

Accessione praedictae dominium non comparat alienae materiae. Non enim ex eo quod gemmam tuo auro, vel vesti inferas, illius comparat dominium, alioquin Dominus gemmae eam vindicare non posset. Neque obest regula iuris; accessorium sequi debet naturam principalis, quia intelligitur cum iuste accedit, secus cum accedit iniuste. Quo sensu intelligi debet lex est non. §. perueniamus. ff. de auro, & argento legato. Excipi ab hac regula debent quae solo accedunt haec enim Domino soli cedunt, vt in adificiis, & plantis dictum est.

Commixtione, & confusione tum pecuniae, tum aliarum rerum non est constans sententia, quibus in euentibus dominium comparatur? Commixtio differt a confusione, quod in illa, corpora quae miscentur in se distincta manent. Sicuti cum grex ouium alteri regi, & accuus tuitici alteri acerno adiungitur; in hac vero indistincta redduntur, quia in vnum coeunt: vt si vinum alteri vino permisceas, & massas argenti, vel auri, aut plumbi confuses.

Et quidem si materiae diuersorum Dominorum confundantur, vel permisceantur ex eorum consensu, permixti dominium eis pro indiuiso competit. Ea enim voluntate censetur dominia sibi iniuncte communicata. Vt habetur expressè §. si duorum in situ de rerum diuisione & dicta leg. adeo. §. voluntas ff. de acquirendo rerum dominio. Idem est dicendum, si casu confusa sunt, nec facile separari possunt, quia materiae in vnum coeunt facilius faciunt dominia, in vnum coiretredo tamen posse singulos Iudicem implorare, vt permixtum pro vniuersumque iure diuidat. Quod si facile possunt materiae confusae discerni, vt si plumbum cum auro, vel argento mixtum esset, absque dubio singulis in rem competit actio iuxta leg. si m. Pomponius. §. sed si plumbum ff. de rei vindicari. Sed difficultate non caret, an cum materiae duorum Dominorum permixtae sunt casu, vel ex malitia, ita vt facile inter se discerni nequeant, permixtum dominium singulis competat? quia absurdum videtur concedere furibus, & latronibus dominium rerum ablatarum ex eo tantum quod suis rebus ablatas permisceant Bartol. leg. singularia ff. si res in perit & ibi. Alexand. n. 2. censent speciale esse in pecunia vt per illius cum alia mixtionem, dominium acquiratur; tum ob frequentiam huius mixtionis, quae in aliis rebus non intercedit: tum quia in nummis non consideratur affectio, quae in caeteris spectatur. leg. numus ff. de in iur. iurando: tum praecipue quia Textus. in leg. si alieni. ff. de solutionib. expressè de nummis loquens inquit, si mixti sunt ita vt discerni non possint, eius fieri qui accepit. E contra leg. §. ff. de rei vindicari. At si finientum dominorum non voluntate eorum confusum sit, com. est singulis in rem actio in id in quantum apparet in illo acerno suum cuiusque esse.

Caeterum tam in pecunia, quam in aliis rebus permixtionem, qua mixta nequeunt discerni, dominium comparari, sicuti comparatur in iis quae inter se confunduntur, docuerunt Fulgos. Cuman. & alij: quos refert, & sequitur Iason in dicta leg. singularia Alciati, ibidem verbo, per vna. Andreas Fachin. lib. 11. controu. cap. 5. Neque enim pecunia permixtae concedit. lex si alieni. dominium accipienti, quia frequenter permisceatur, sed quia ita permisceatur, vt discerni nequeat. At haec qualitas etiam in aliis rebus permixtis intercedere potest. Ergo aequè de aliis rebus, ac de pecunia affirmandum est, mixtionem qua inter se confunduntur, vt nequeant discerni, dominium acquirit. Et probat lex adeo §. voluntas ff. de acquirendo rerum dominio. ibi. Sed est siue voluntate dominorum, casu confusa sunt (subintellige vt discerni nequeant) diuersum materiae vel eiusdem generis, vel diuersa, idem tamen erit. Et licet singulis non detur actio in rem, quia non apparet, quae pars ex illo mixto cuique competat, quod ad praedictam actionem concedendam necessarium videtur iuxta d. ca. leg. §. ff. de rei vindicari. ibi. Competit singulis in rem actio in id in quantum apparet in illo acerno suum cuiusque esse. Neque enim actio in rem conceditur, nisi res cum suis qualitatibus designari possit. leg. si in rem ff. de rei vindicari: at tamen singulis competit ius Iudicem implorandi, vt illud indiuisum dominium diuidat, & singulis applicet prout cuiusque iuri conuenit iudicauerit. Neque reputo absurdum fures, & latrones dominium pecuniae furtiue proprietatis permixtae comparare, quandoquidem illud comparant cum obligatione restituendi, & cum diminutione proprii domini, quam ob mixtionem patiuntur.

Tandem

6 Tandem alluvione dominium acquiritur deciditur dicta leg. adeo §. 1. ff. de acquirendo rerum dominio. Et §. praterea. in fin. de rerum divisione. Alluvio namque, vt ex dictis constat, est incrementum, vel decrementum quod flumen decursu temporis prædio alicui præstat: quod incrementum, vel decrementum aliud est latens, aliud patens. Latens est quod paulatim, & quasi latenter flumen adiecit; hoc autem incrementum, vel decrementum eius est cuius est prædium, quia, vix à prædio distinguitur. Patens vero est quod palam, & patenter fit, contingitque tripliciter. Primum si impetu, & inundatione partem aliquam ex alieno prædio tuo adiecerit, vel ex tuo alteri detulerit. Quo casu permanet ea pars adiecta, vel sublata sub dominio quo antea erat, nisi eam Dominus, derelictam habeat. Vt manifeste constat ex dicta leg. adeo §. 1. Secundò contingit cum insula aliqua denuò nascitur, quæ si sic in medio mari iure gentium est primo occupantis. Si vero in medio fluminis pertinet ad eos qui utrimque è regione prædia habuerint pro vniuersalique iure diuidenda. Quod si vni parti ripæ propinquior sit, habentibus ibidem prædia competit, neque eorum ius diminitur, tamen si postmodum extendatur, & alteri ripæ aduersæ accedit, quia incrementum illud accrescit insulæ, & consequenter illius Domino. Si vero ea ratione insula fiat, quia flumen in duas partes diuiditur, & prædium alicuius cingit, eius erit insula cuius fuit prædium, quia nulla est causa ob quam debeat illius dominium amittere. Vt hæc traduntur §. insula in fin. de rerum divisione leg. adeo §. 1. Et leg. insula ff. de acquirendo rerum dominio. Tertio contingit, vt flumen antiquo, & naturali alueo relicto incipiat per aliam partem fluere, quo casu alueus derelictus ad eos pertinet, qui utrimque è regione prædia habent, sicuti dictum est de insula. Alueus verò denuò occupatus publicus efficitur, dummodo longo tempore, & non per transfennam fuerit occupatus, tamen si flumen post illud longum tempus ad suum antiquum alueum reuertatur. Sicuti constat ex §. quod si naturalis in fin. de rerum diuis. Et dicta leg. adeo §. insula. Et leg. ergo ff. de acquirendo rerum dominio & docet Molina tractat. 2. de iustit. disp. 57.

Quosque autem hæc incrementa per alluvionem contingencia conueniant Vsfuctuario, feudatario, & emphyteutæ decidit optimè Molina. d. disp. 57. circa finem. nimirum incrementum alluvionis latens cedere Vsfuctuario, sicut prædium, à quo vix distinguitur. leg. item si fundum §. huius vicinus Et §. si insula ff. de usufructu. Feudatario autem ob specialem consuetudinem feudorum spectato iure communi nec incrementum latens, neque patens conuenit. At spectato iure Hispano leg. 30. tit. 28. par. 3. latens conuenit, non verò patens. Ad emphyteutam verò & latens, & patens pertinet; latens quia pertinet Vsfuctuario qui minus est; patens quia sustinet decrementa agrò emphyteutico obuenientia absque diminutione pensionis. Ergo æquum est, vt incrementa reportet absque pensionis augmento.

P V N C T V M XXII.

De translatione dominij in alterum ex lege præscriptionis.

Triplex inquit Lessius lib. 2. cap. 6. in iust. potest transferri dominium in alterum absque voluntate prioris Domini: primo iure gentium qualiter res bello iusto capte sunt capientis, & qua translatione, & domino acquisitione diximus. 1. p. tract. 6. de charit. disp. 5. Secundò virtute alicuius legis, particularis, idque sine culpa Domini, vt lege præscriptionis vel ob eius culpam, vt ob crimen Hæresis, Sodomie &c. Ob hæc enim priuatur reus dominio suorum bonorum, & sisco addicuntur. De qua priuatione, & qualiter obliget & quod ius sisco acquirat dixi latè tract. 3. de legib. disp. 2. de lege penali, Et tract. 4. de fide disp. 5. de penis Hæreticor. Tertio sententiâ Iudicis, vt si reus damnetur in quadruplum. De cuius obligatione dixi in supradictis disputationibus. de lege penali, Et consuetudine bonorum, & dicam latius cum de delictis, & eorum penis sermonem faciam. Quapropter in præfenti solum superest agendum de translatione dominij virtute legis præscriptionem concedentis.

§. I.

Quid sit præscriptio, & ob quam causam introducta, & an ei renuntiari possit

- 1 Explicatur præscriptio generaliter.
- 2 Proprietas definitur.
- 3 Qualiter apud Canonici iuris interpretes accipitur?
- 4 Sumpta præscriptio tertio modo ab vsucapione non distinguitur.
- 5 Beneficium præscriptionis quam ob causam iure communi inductum sit.
- 6 Beneficium præscriptio renuntiari potest.

Præscriptio apud iuris Cæsari interpretes teste Coutan. regula possessor. 1. p. in iust. idem est quod exceptio, seu exclusio actionis aduersus te inentate, quæ tripliciter contingit. Primum negando iurium, & fundamentum, cui actor inuenitur. Secundò ostendendo ei plenam satisfactionem desisse. Tertio retardando eius actionem. Exemplo res erit manifesta. Postulat à te Petrus solutionem pecunie mutuatæ, si eius petitionem excipias negando mutuum tibi esse concessum, excludes titulum, & fundamentum, cui Petrus inniditur, transferesque ipsum onus probandi, & hæc non est propria exceptio actionis, negatio. Si autem admissâ mutatione opponas soluisse, vel aduerfariarum remisisse, proprie eius actionem excipis, & obedi, cuius ellisionis, & exceptionis tibi incumbit probatio. Quæ probatione legitime facta Petri actio distinguitur, idcirco hæc exceptio peremptoria vocatur, quia Petri actionem perimit. Quod si opponas non esse legitimum Iudicem testes, esse infames, Petrum esse excommunicatum, actionem non exinguis, sed retardas, vel declinando iudicium, vel differendo, ideoque hæc exceptio appellatur declinatoria, seu dilatoria: de quibus agit titulus de exceptionibus tam in Digestis, quam in Codice, sed quia hæc exceptiones à reo oppositas solent actor contrarijs exceptionibus impugnare, hæc impugnationes replicationes appellantur: quod si iterum reus hinc altera exceptioni se opponat, ea oppositio duplicatio nuncupatur, & sic possunt esse triplicationes, quadruplicationes &c. vt constat ex insit de replicationibus. Et leg. 2. ff. de exceptionibus.

Secundò & proprius præscriptio est exceptio legalis actionis, qua pristinum Dominum rem suam exigentem excipis possessione tanti temporis. Etenim cum lege statutum sit possidentem certo tempore bona fide rem alienam, dominium illius comparare, si post illum temporis decursum exigat rem suam, pristinus Dominus exceptione hæc legali repellitur, & quia eius actionem manifestè extinguit, exceptio peremptoria nuncupatur, de qua in iur. Cod. de præscript. longi temporis, Et in præscript. 40. Cod. de annor. & latè Coutan. regula possessor. in iust. 4.

Hinc tertio apud Canonici Iuris interpretes testatur Coutan. 3. præscriptionem pro acquisitione dominij, & iuris alieni peremptione, & continuatione possessionis per tempus à lege præscriptum. Si enim petenti rem suam pristinum, opponas possessionem illius eo tempore, quod per leges necessarium est, vt illius rei dominium compares peremptoriè eius actionem excipias. Ob quam causam possessio eo tempore continuata, & ea via dominij acquisitio, præscriptio nuncupata est; etiam tamen præscriptio effectus proprius sit huius possessionis, & dominij acquisitionis.

Sumpta præscriptio hoc tertio modo ab vsucapione non distinguitur. Nam vsucapio (vt inquit Modestus. leg. ff. de vsucapionibus) est acquisitio dominij per continuationem possessionis tempore à lege definito, & secundum quod definitum est. Qui enim rem alienam capit, eo vsu cui per leges dominium conceditur, dominium illius acquirit. Sæpe tamen vsucapio non acquisitione dominij in facto esse sumitur, sed pro causa acquirendi dominium, quo sensu solet vsucapio interumpi, cum tamen dominium iam acquisitum nunquam interrumptur. Insuper vsucapio est acquisitio dominij per vsum rei capte, cum tamen præscriptio sæpe extendatur ad extinctionem iuris realis, seu personalis alterius absque vlla dominij acquisitione, & iuris alieni vni: ideoque præscriptio latius patet quam vsucapio, cum tamen omnis vsucapio sit præscriptio. Quod vero aliqui affirmant vsucapionem à præscriptione distingui, quod illa sit mobilium, hæc immobilium, nullum in iure fundamentum habet, cum sæpe vsucapio ad immobilia extendatur, & præscriptio ad mobilia. Vt manifestè ostendit Coutan. de regula possessor. n. 2. Et 3. Alciat. leg. vt sunt ff. de verbis significatis. Nuar. cap. 17. n. 8. Et alij.

Beneficium præscriptionis, quod est à pristino Domino dominium, & ius auferre, & alteri adjudicare, ob multiplices causas in bonam publicam introducum est. Primum & precipue ne passim longo tempore dominia rerum conuulsa, & incerta essent iuxta leg. 1. de vsurpationibus Et vsurpationibus. Secundò ne lites protraherentur. leg. vlt. ff. pro socio. Tertio ne possessores continuo tempore rem possessam amittendi tenerentur. leg. cum noissimi Cod. de præscriptioibus 30. vel 40. annorum. Quarto ne homines in rebus, & iurebus suis conseruandis legnes & negligentes sint. leg. de perfectis. Cod. de annali exceptione, Et capite regulam de præscript.

Hinc dubium est, An præscriptioni renunciari possit? Negat Bart. in leg. nemo potest. col. penult. ff. de legatis 1. quem sequitur Gregor. Lopez. leg. 1. tit. 29. par. 3. Dicitur, quia ius publicum blico derogare nemo potest. leg. ius publicum ff. de publico: præscriptio inducta est propter bonum publicum principalem, ne inquam dominia rerum incerta sint, ergo. Sed contrarium merito docuit Dynus d. c. leg. nemo potest, & in eum proferend. Iason. bi. n. 80. Et in 2. lectura. n. 11. Ripan. 10. Alciat. Rub. de præscript. n. 22. Ioann. Gutierrez. in reperi. d. 1. g. nemo potest.